

V S V S.

Exemplum insignis humilitatis hic nobis proponitur.

III. Ipsius precatio constans:

1. Exordio: *Domine, &c.*

V S V S.

Et nos Christum verum Dominum nostrum, in omnibus periculis & calamitatibus invocemus, & non Deos alienos sequamur.

2. Expositione necessitatis: *Filia mea modo defuncta, sc. meo iudicio:*

Lucæ 8. Reliquit enim illam in agone. Lucas enim **Marci 5.** habet: *Jam moriebatur.* Item Marcus.

V S V S.

Nihil itaque ex hoc loco probare possunt Papicolæ, volentes obtinere, pro defunctis esse orandum. Præterea licet mortua fuisset, tamen cum Pater domo egrederetur, tamen hic locus nihil illis patrocinaretur: Rogat enim, ut illam vellet in vitam revocare; non ex purgatorio liberare. Nos vero resurrectionem mortuorum nostrorum ante novissimum diem expectare non audemus. Miracula enim jam cessavere, tamen temporis autem, cum Jairus resurrectionem filiolarum suarum à Christo flagitaret, florere.

ruere.